

r[uen]te<sup>1</sup>, convulsum, [runderibus] subductis et excitatis invicem fabricis | novis, restituerunt].

Romae, servavit vetus codex Einsidlensis (VI 1191). — Tituli hic et qui sequuntur positi inter annum 395, quo mortuus Theodosius senior et a. 402, quo Augustus dictus est Theodosius iunior. — 1) interior virtute traditur.

**794** imperatoribus invictissimis felicissimisque | dd. nn. Arcadio et Honorio fratribus | senatus populusque Romanus, | vindicata rebellione | et Africae restitutione laetus.

Romae rep. in foro Romano saec. XVI medio (VI 1187 ad exemplum potissimum Smetii; particula superest Neapoli cf. eph. ep. 4, 805). Pertinet titulus ad victoriam anno 398 de Gildone reportatam.

**795** [imperator. Caesaribus domi]nis nostris Flaviis Arcadio et [Honorio fratribus victor]ibus ac tri[umfatoribus sem]per Au[gustis, quod obsecuti | optimis providentissimisque] consiliis inlustris et praecla[ri viri Fl. Stiliconis com]itis et magi[stri utriusque mil]itiae, parentis su[i, reliqua ex | veneranda antiquitate Ro]mana r[e]i publicae monumenta, u[niversa bona quae capta sunt] a Gildone h[ost]e p[ub]lico [donan]do, formas ad Anienis fl[uenta, | quorum aqua non modo nocebat f]ossa[e] urbanicianae sed et vas[titatem urbis per immen]sa spatia gignebat [ob]squ[alores] ac pernici[em ext]endendo, | [instaurari, paludesque pe]r in[via] meatu novo, iuvante etiam [praef. urb. Quintilio<sup>1</sup> L]aeto dispositione [egregia], averti oport[ere iu]sserunt.

Prope Anienem, ab urbe Roma XXXVI mil. pass., ubi fuit diverticulum viarum Valeriae et Sublacensis memoratum a Frontino de aq. 7 (IX 4051 cf. p. 682. 698 descripsit Stevenson, composuit et supplevit Mommsen). Arcam aquaeductibus urbis Romae destinatum auctam esse ex bonis confiscatis Gildonis ex titulo quamvis fracto conclusit Mommsen indeque supplementa formavit. — 1) Nomen gentilicium sumpsit Mommsen ex titulo una rep. et ad idem opus pertinente (IX 4051, 8).

**796** d. n. Fl. Arcadio | pio felici victori | ac triumphatori | semper Augusto | Caecina Decius Albinus<sup>1</sup> v. c. | praefectus urbi vice | sacra iudicans, devotus | numini maiestatique eius.

Romae rep. in monte Aventino, est Florentiae (VI 1192). Titulus positus est sine dubio una cum simili titulo Honorii, qui periit. — 1) Hic est Decius ad quem Symmachus dedit epistulas 7, 55 seq. (cf. Seeck Symm. p. CLXXXII), Decius Albini filius memoratus a Macrobio sat. 1, 2, 5. Praefectus urbi fuit a. 402 (cod. Theod. 7, 15, 15).

**797** s. p. q. R. | imp. Caess. dd. nn. invictissimis principib. Arcadio et Honorio victorib. ac triumphatorib. semper Augg., | ob instauratos urbi aeternae muros, portas ac turres<sup>1</sup>, egestis immensis ruderib., ex suggestione v. c. | et inlustris, com. et mag. utriusq. militiae Stilichonis, ad perpetuitatem nominis eorum | simulacra constituit, | curante Fl. Macrobio Longiniano v. c. praef. urb., d. n. m. q. eorum.

Romae olim supra portam Praenestinam, nunc lapides exempti ex loco antiquo collocati inveniuntur iuxta eam portam (VI 1189). Idem titulus legitur hodie